reip. acceſſit gallias a barbaris occupatas ingētī p̄lior̄ felicitate
reſtituit. quoſdā imperiū uſurpare conatos ſ. Saturninū oriente.
Proculum et bonoſum agrippine certaminib; oppreſſit. Vineas gallos
et pannonios h̄re permiſit. Opere militari almā montē apud
Sirmium et aureū ap̄ meſiā ſuperiorē uineis conſeruit: et prouin
cialib; colēdas dedit. Hic cū bella innumera geſſiſſet, parata pace
dixit breui milites neceſſarios nō futuros. vir acer ſtrenuus
iuſtus: et qui aurelianū equaret gl'a militari: mor̄ aūt ciuilitate

ſuperaret

superaret interfect⁹ tn est firmo tumltu militari in turri ferrata. Imperauit
annos sex. iiij. meses. Post hc Carus est fact⁹ Augustus narbone nat⁹ in gallia.
Is confestim Carinu et numerianu filios cesares fecit: cu quib; regnauit annis duob;
Sed dum bellu adu̅sus sarmatas gerit nutiato persaꝝ tumltu ad orientem
profectus e res contra persas nobiles gessit ipos plio fudit. Sohenen et the
siphonten urbes notissimas cepit: et cu castra super tygride haberet ictu diuini
fulminis periit. Numerianus quoq; filius que secu cesarem ad persas duxerat
adulescens egregie in dolis cu oculoꝝ dolore correct⁹ in lecticula ueheret
impulsore Appro qui socer ei erat per insidias ocasus e et cu dolo optaret
ei mors quousq; peruadere possit imperiu fetore cadaueris prodita est
Milites eni qui eu sequebatur putore comoti deductis lecticule palijs
post aliquot dies morte ei nota hr potuerunt. Interea charinus et que cesare
ad parthos proficiscens carus in italia. illirico. Gallia reliquerat omib; se
scelerib; inquinauit. plurimos innoxios fictis crib; occidit matrimonia
Nobilia corrupit. cu discipulis qui eu in auditorio uerbi fatigatioe uexauerunt
perniciosus fuit. omib; hoib; inuisus. no mlto post pena dedit. Nam de perside
uictor exercitus rediens cu caroꝝ augustu fulmine Numerianu cesare insidijs
perdidissent. Docltianu imperatore creauit dalmatia oriundu. Viꝝ obscuri
ssime natu. adeo ut a plerisq; scribe filius, a nonullis anuli senatoris li
bertinus fuisse credat. Is in prima militu contioe iurauit. Numerianu nullo
suo dolo interfectu: et cu iuxta eu aper qui in numeriano insidias fecerat
constitisset in conspectu exercitus manu Docltiani percussus est gladio. post
carinu omni odio et detractioe uiuete apud margu ingenti plio uicit proditu
ab exercitu suo: que fortiore habebat. certe desertu inter Viminaciu atq; aureu
monte. Ita reru romanaꝝ potit⁹ eu tumltu rusticam in gallia concitassent
et factioni sue bachaudaꝝ nome imponeret. duces aut haberent Amandum
et Eliun Adrianu ad subigendu eos Maxianu herculiu cesare misit:
qui leuib; plijs agrestes domuit: et parte galliae reformauit. Post
hec tpra et camusius qui uilissime natus strenue militie ordine
fama egregia consecutus fuerat cu apud bononia per tractu belgice et ar
monaca pacandu mare accepisset quod franci et saxones infestabat multis
barbaris sepe captis nec p̄da integra aut prouincialib; reddita aut imperatorib;

missa cu suspicio ee cepisset consulto ab eo dimitti barbaros ut transeu
tes cu pda exciperet: atq hac occasione ditaret a maximiano sit iussus occidi
purpura sumpsit: et britannias occupavit. Ita cu p omne terra res turbate
eent / Carausius in britannijs rebellaret. Achilleus in egypto. Africa et
quinqgentia infestaret. Narseus orienti bellu inferret. Diocletianus ma
ximianu herculinu ex cesare fecit augustu. Constantiu et maximianu
Cesares: quorum constantius per filia nepos Claudij traditur Maximianu
Galleriu et ut affinitate coniuget. Constatius pvigna herculini Theodoram
accepit: ex qua postea sex liberos constatini fres huit. Gallerius filia Diocletiani
Valeriam. Ambo uxores quas huerant repudiare compulsi. Cu carausio tn cu
bella frustra temptata eent contra virum rei militaris peritissimu ad postremu
pax convenit. Eum post Septenniu Alectus socius ei occidit: atq ipse post eu
britannias triennio tenuit: qui ducatu Asclepio dotti pfecti in ptorio occi
sus e. Ita britannie decimo anno recepte. Per ide tps a constantino cesare
in gallia bn pugnatu e. Circha lingonas die una adusam et spam fortuna
expertus e. Nam cu repente barbaris irruentibus intra civitate eet coactus tam pa
piti necessitate: ut clausis portis in murum funibus tolleret / Vix v horis medijs
adventante exercitu sexagita fere .iiij. alamanorum cecidit. Maximianus Augustus
bellu in africa profligavit domitis quinqgentianis: et ad pace redactis
Diocletianus obsessum alexandrie Achilleu octavo fere mense superavit
eumqz interfecit. Victorie acerbe usus e. tota egyptu gravibus proscriptionibus
omnibus cedibusqz fedavit. Ea tn occasione ordinavit provide mlta et
disposuit: que ad nram etatem manet. Valerius Maximianus pmu
adversus Narseu plium minus psperum huit inter callinicu carras qz
congressus cu inconsulte magis q ignave dimicasset. Admodu enim
parva manu cu copiosissimo hoste commisit. Pulsus igr et ad diocletianu
profectus cu ei in itinere occurisset tanta insolentia a diocletiano fertur exceptus:
ut p aliquod passuu .iij. purpuratus credatur ad vehiculu cucurrisse
Mox tn p illiricu mesiaqz contractis copijs rursus cu narseo hor
misde et Saporis avo in armenia minore pugnavit successu
ingenti. nec minore consilio simul et fortitudine quippe qui etiam
speculatoris munus et officium cu altero ac tertio equite susceperit

Pulſo narſeo caſtra ei diripit. Vxores. Sorores. liberos cepit infinita
ex̃cit̃ pſar̃ nobilitate gazam pſica copioſiſſima ipe multinu regni
ſolitudines. Q̃r ad diocli̇tianu in meſopotamia cu pſidijs tu moraṫe
orbas regreſſus ingeti honore ſuſceptus e. varia deinceps ſimul et
viritim bella geſſer̃t. carpis et baſternis ſubactis. Sarmatis victis:
quar̃ nationu ingetes captiuor̃ copias in roanis finib; locauer̃t.
Docliṫian̈ moraẗ callide fuit. ſagax pterea. et admodu ſubtili
ingeio: et qui ſeueritate ſua aliena inuidia uellet explere
diligetiſſim̈ et ſolertiſſim̈ pnceps: et qui imperio. r. pmis regie
coſuetudis forma magis q̃ roane libertatis inuexerat: adorariq;
ſe iuſſit: cu an eu cucti ſalutaret. Ornameta gemar̃ ueſtib;
calciametis q; indidit. Nam pus imperij inſigne in clamide pur
purata tm erat. reliqua q; coia. Herculius aute pala ferus et incıuı
lis ingenij aſperitate et ſua uulẗ horore ſignificas. hic nẽ ſue
indulges: Docliṫiano in omib; et ſeuiorib; coſilijs obſecutus. Cum tn
ingraueſcente euo par̃ ſe idoneus Docliṫian̈ moderando imperio
ẽẽ ſentiret auctor herculio fuit ut inuita puata concederet: et
ſtatione tuede rei. p. viridiorib; iunorib; q; madaret. Cui egre
collega obtẽperauit. Tn uterq; uno die puato hitu impij inſigne
mutauit. Nicomedia Docliṫianus. herculin̈ medli poſt triumphum
inclitu que hue̊r̃t rome ex nũoſis getib; popa ferculor̃ illuſtri qua
Narſei coiuges. ſores q; et liberi ante cur̃ ducti ſunt. Conceſſer̃t
tn ſalonas unus alter in luchania. Docliṫian̈ puatus in uilla que
haud procul a ſolanis e pclaro octio ſenuit. Qui du ab herculeio et
galleṙio ad recipiedu imperiu rogaret, tanq̃ peſte aliqua deteſtas
in huc modu r̃ndit. Vt Sallone poſſetis uidere olera nr̃is manib;
inſtituta. Profecto nonq̃ iſtud temptadu. Vixit Annis lxviij. quib;
coi hitu prope noue egit morte coteṫ eſt ut ſatis patuit p formidine
uolũtaria. Quippe cu a coſtatino atq; licinio uocaẗ ad feſta nuptiar̃
p. ſecta quo min̈ intere̊e̊ uallet excuzauiſſet reſcriptis minatius
acceptis quib; increpat̃ Maxẽtio fauiſſe ac maxiao fauẽ, ſuſpectas
nece dedecorſam, uenenu dicit̃ hauxiſſe. inuſitata uitute uſus: ut

ſolus om̄ium poſt cõditū romanū imperiū ex tanto faſtigio ſpōte ad p̄
uate uite ſtatū ciuitatem q3 remearet. Cōtigit ei q' nulli poſt natos
homin: ut cū p̄uat' obiiſſet inter diuos tñ refertur.

lib. x. His igitur abeūtib3 ad adminiſtratiōne reip. Coſtātius et Gallerius auguſti
creati ſunt. diuiſuſq3 inter eos ita orbis: ut gallias italia africa. Co
ſtantius. yllricū. aſia oriente. Gallerius obtinēt Sumptis duob3 ceſarib3
Coſtātius tñ contēt' dignitate Auguſti italie. atq3 africe adminiſtrande
ſolicitudine recuſauit. Vir egregius et p̄ſtātiſſime ciuilitatis diuitijs
prouincialiū ac p̄uatoꝝ. ſtudēs. fiſci cōmoda nō admodū affectās. dicēſq3
melius p̄ publicas opes a p̄uatis haberi q̄ int' unū clauſtrū reſeruari. Adeo aūt cult'
modici: ut feriatis dieb3 cū eēt epulandū p̄uatoꝝ ei argēto hoſtiatī petito
triclinia ſterneret'. Hic nō mō amabilis ſed et uenerabilis gallis fuit: p̄cipue
q3 diocliciani ſuſpecta prudētia et maxiami ſanguinaria temeritate imꝑio
eī euaſant. Obijt in britania Eboraci p̄ncipat' Anno. xiij. atq3 inter diuos
relatus ē. Gallerius uir et probe moderat' et egregius in re militari, cū
italia q3 ſinēte Coſtātio adminiſtracioi ſue acceſſiſſe ſentiret, Ceſares
duos creauit Maxianū quē in oriēte p̄fecit. et ſeueꝝ cui italia dedit
Ipſe illirico cōmorat' eſt. // C Veꝝ coſtātio mortuo Coſtātinus ex obſcurior
matrimonio ei' filius in britania creat' ē imperator: et in locū p̄ris exop
tatiſſim' moderator acceſſit. Rome interea p̄toriani excitato tumultu Ma
xētiū herculei filiū qui haud procul ab urbe in uilla p̄ publica morabat' Auguſtū
nūcupauerūt. Quo nūtio Maxian' herculeus ad ſpem erect' reſumēdi faſtigij
qđ inuit' amiſſat romā euolauit e lucania: quā ſede p̄uat' elegerat: in agris
amœniſſimis conſeneſcēs. Diocliciamū q3 et p lr̃as adhortat' ē: ut depoſita
reſumerēt poteſtatem. quas ille irritas habuit. Sed aduſum motū p̄torianoꝝ
atq3 Maxētij. Seuerus ceſar romā miſſus a Gallerio cū exercitu uenit: ob
ſidēs q3 urbē militū ſuoꝝ ſcelere deſtitus ē. Aucte Maxētio opes: cōfirmatū
q3 imperiū. Seuerus q3 fugiēs rauene interfect' eſt. Herculeus tñ Maxian'
poſt hec in cōtētiōe exercitū filiū Maxētiū nudare conat' ſeditione et
cōuitia militū tulit. Inde ad gallias profect' eſt dolo cōpoſito tanq̄ a filio
eēt expulſus: ut coſtātino gn̄o iūgeret'. moliēs tñ coſtātinū repata
occaſione interficē: qui in gallijs et militū et prouincialiū ingenti iam

fauore regnabat. Cessis francis atq; alamannis captis eorum gentib;:
quos etiam bestiis cum magnificum spectaculum muneris parasset
obiecit. Detectis igitur insidiis per faustam filiam que dolum uiro
nuntiauerat profugit herculeus. Masilie q; oppressus. Ex ea enim
nauigare ad filium properauit. poenas dedit iustissimo exitu.
Vir ad omnem asperitatem seuitiam q; procliuus. infidus incommodus
ciuilitatis penitus expers. Hoc tempore a Galerio licinius impe
rator est factus Dacia oriundus. notus ei antiqua consuetudine;
et in bello quod aduersum Narseum gesserat / strenuus laboribus
et officiis acceptus. Mors Galerii confestim secuta. Ita res p.
tamen a nouis quatuor imperatoribus tenebatur. Constantino
Maxentio filiis Augustorum. licinio et maximiano nouis hominib;
Quinto tamen Constantinus imperii sui anno bello aduersum
Maxentium ciuile commouit. Copias eius multis preliis fudit.
ipsum postremo rome aduersum nobiles omnib; exitiis seuientem
apud pontem miluium uicit. Italia q; est potitus Maxentii suppositi
ferunt arte muliebri teneri mariti animum auspicio gratissimi
partus cepti a puero non multo deinceps in oriente quoq; aduersum
licinium Maximianus res nouas molitus uicinum exitum for
tuita apud tharsum morte preuenit. Constantinus tamen uir
ingens: et omnia efficere nitens que animo preparasset / simul
principatum totius orbis affectans licinio bellum intulit quamquam
necessitudo et affinitas cum eo esset. Nam soror constantia
nupta licinio erat: ac primo eum in pannonia et secundo
ingenti apparatu bellum apud cibalas instruentem repentinus
oppressit: omni q; dardania Mesia macedonia potitus nume
rosas prouincias occupauit. Varia deinceps inter eos bella et
pax reconciliata rupta q; est. Postremo licinius naual et terre
stri prelio uictus apud nicomediam se dedit: et contra religione
sacramenti thesalonice priuatus occisus est. Hic licinius annu
dominationis fere post quartum. x. uite proxime sexages
simum occidit auaritie cupidine omnium pessimus: atq;

35

alienuſ auxilio uenereo. aſper admodum haud mediocriter im
patiens. infeſtus litteris. quaſ per inſcientiam inmodicam uirus
ac peſtem publicam nominabat. precipue forenſem induſtriā
agraribus plane ac ruſticanis quod ab eo genere ortuſ alitus
q; erat ſatiſ utilis: ac militie cuſtos ad ueterum inſtituta ſeue
riſſimus ſpadonum et aulicorum omnium uehemens domin
ator. tineas ſurices q; palacij eos appellans. eo tempore res ro
mana ſub uno auguſto et tribus ceſaribus quod nunquā alias
fuit. Cum liberi conſtantini gallie italie q; preeſſent. Verū
inſolentia rerum ſecundarum aliquantum Conſtantinū ex
illa fauorabilis animi docilitate mutauit. primum neceſſitudines
perſecutus Egregium uirum et ſororis filium commode indo
lis iuuenem interfecit mox uxorem poſt numeroſos amicos.
Vir primo imperij tempore optimis principibus ultimo medijs
comparandus. Innumere in eo uirtutes animi corporis q; cla
ruerunt militaris glorie ſapientiſſimus ac potentiſſimus
fortuna in bellis proſpera fuit: uerum ita ut non ſuperaret
induſtriam. Nam et gothos poſt ciuile bellum uarie profligauit.
pace his ad poſtremum data: ingentem q; apud barbaras
gentes memorie gloriam collocauit. ciuilibus artibus et ſtudijs
liberalibus deditus affectator iuſti amoris: quos omni liberali
tate et docilitate queſiuit. ſicut in nullos amicos dubius ita
in reliquos egregius nihil occaſionū pretermittens: quo op
pulentiores eos clariores q; preſtaret / multas leges rogauit.
quaſdam ex bono et equo pleraſq; ſuperfluas: non nullas ſe
ueras. Primus q; urbem nominis ſui ad tantum faſtigium
euehere molitus eſt: ut rome emulam faceret. bellum aduer
ſus parthos moliens: qui iam meſopotamiam fatigabant. Vno
et. xxx. anno imperij etatis vi et. lx. nicomedia in uillā
publicam obijt. Denuntiata mors eius eſt etiam per crinitā
ſtellam que inuſitate magnitudinis aliquandiu fulſit.
Eam greci cometem uocant. Atq; inter diuos meruit refferri.

ls ſucceſſores filioſ treſ reliquit: atq; unum fratris filium.//
Verum Dalmatius. Ceſar proſperrima indole neq; patruo
obſimilis haud multo poſt oppreſſus eſt factione militari: et
conſtantio patrueli ſuo ſinente potius q̄ iubente. Conſtantinum
porro bellum fratri inferentem: et apud Acquilegiam bellum in
conſultius agreſſum. Conſtantii duces interemerunt. Ita reſp.
ad duos auguſtos redacta. Conſtantii imperium ſtrenuū
et aliquandiu iuſtum fuit. Mox cum ualetudine inproſpera
et amicis et prauioribus uteretur ad grauia uitia conuerſus
cum intolerabilis prouintialibus militi iniucundus eſſet/ factione
magnetii occaſus eſt. Obiit haud longe ab hiſpanis in caſtro
cui Elene nomen eſt. Anno imperii xvii. etatis. xxx. per omne
uite tempus ſine graui crudelitate terribilis. Diuerſa Coſtantii
fortuna fuit. Aſperſis enim multa et grauia perpeſus Sepe captis
oppidis/ obceſſis urbibus. ceſis exercitibus: nullum q; ei contra
ſaporem proſperum prelium fuit: niſi q; apud ſingarum haud
dubiam uictoriam ferocia militum amiſit. Qui pugnam ſediciose
et ſtollide contra rationem die iam precipiti propoſcerunt//
Poſt Conſtantii necem. MAGENTIO italiam africam
Gallias obtinente/ etiam illiricum reſ nouas habuit. Vetranione
ad imperium conſenſu militum ellecto: quem grandeuum
iam et cunctis amabilem diuturnitate et felicitate militie ad
tuendum illiricum principem creauerunt virum probum: et
morum ueterum. ac iucunde ciuilitatis. ſed omnium liberaliū
artium expertem: adeo ne ellementa quidem primarū lrarū
noſſet: ni iam grandeuus etiam imperator acceperit. Sed a Con
ſtantino qui ad ultionem fraterne necis bellum ciuile commo
uerat abrogatum eſt ueterani imperium nouo inuſitato q;
more conſenſu militum deponere inſigne compulſus. Rome
quoq; tumultus fuit. Nepotiano Conſtantini Sororis filio
per gladiatorian manum imperium uendicante: qui ſeuus ex
ordiis dignum exitum nactus eſt. xx. enim. ac octauo die

a magnentianis duabus oppreſſus penas dedit. Caput eius pilo per urbem circumlatum eſt grauiſſime q; proſcriptiones et nobilium cedes fuerunt. Non multo poſt. Magnentius apud murſam profligatus acie eſt: ac pene captus ingentes romani imperij uires ea dimicatione conſumpte ſunt ad quelibet extrema bella idonee: que multum triumphorum poſſent ſecuritatis q; conferre. // ¶ Orienti mox a Conſtantio ceſar eſt datus patrui filius. Gallus Magnentius qui diuerſis prelijs victus vim uite ſue apud lugdunum attulit imperij Anno. iij. menſe. vij. frater quoq; eius Senonis quem ad tuendas gallias ceſar miſerat. Per hec etiam a Conſtantio multis bellis ciuilibus geſtis gallus ceſar occiſus eſt. Vir natura ferus et ad tyrannidem promor/ ſi quo iure imperare licuiſſet. ¶ Siluanus quoq; in gallia res nouas molitus ante diem. xxx. extinctus eſt: ſolus q; imperio romano. eo tempore Conſtantius princeps et auguſtus fuit. Mox Iulianum ceſarem ad gallias miſit patruelem ſuum. Galli fratrem tradita et in matrimonium ſorore. Cum multa oppida barbari expugnaſſent. Alia obſiderent ubiq; feda uaſtitas eſſet. romanumq; imperium non dubia iam calamitate nutaret: a quo modicis prelijs apud argentaracum gallie urbem ingentes alamanorum copie extincte ſunt. Rex nobiliſſimus captus Gallie reſtitute. Multa poſtea per eundem Iulianum egregia aduerſum barbaros geſta ſunt: ſummoti q; ultra rhenum germani: et finibus ſuis romanum imperium reſtitutum. Nec multo poſt cum germanici iam exercitus a galliarum preſidio tollerentur conſenſu militum. Iulianus auguſtus eſt factus interiecto q; anno ad illiricum obtinendum profectus. Conſtantio parthicis prelijs occupato quibus rebus cognitis ad bellum ciuile conuerſus in itinere obijt inter ciliciam capadociam q; anno imperij

viij. et tricesimo etatis. v. et xl. meruit qz inter diuos referri. Vir egregie tranquillitatis. placidus nimium amicis et familiaribus credens. Mox etiam uxoribus deditior: qui tamen primo imperij anno ingenti se modestia egerit. Familiarum etiam locupletator: neqz sine honore sinens. quorum laboriosa expertus fuisset officia. ad seueritatem tamen propensior si suspicio imperij moueretur: et mitis alias: sed cuius in ciuilibus magis quam in externis bellis sit laudanda fortuna.
Hinc Iulianus rerum potitus est: ingentiqz apparatu parthis intulit bellum: cui expeditioni ego quoqz interfui Aliqua tamen oppida et castella persarum in deditionem accepit: uel ui oppugnauit Asiriamqz populatus castra apud thesiphonten statiua aliquandiu habuit: remeansqz uictor dum se inconsultius prelijs inserit hostili manu interfectus est. vi. Kalendas Iulias. Imperij anno. vij. etatis altero et. xx. atqz inter diuos relatus est. Vir egregius et rem publicam insigniter moderatus, si per facta licuisset. liberalibus disciplinis apprime eruditus grecis doctior Atqz adeo ut latina eruditione cum greca sententia conueniret. facundia ingenti et prompta memorie tenacissime atqz amplissime quibusdam philosophis proprior in amicos liberalis: sed minus diligens quam tantum principem decuit. Fuerunt etiam non nulli qui uulnera glorie Im prouintiales iustissimus: et tributorum quatenus fieri posset repressor. Ciuilis in cunctos habens herarium curam glorie auidus: ac per eam animi plerunqz immodici nimius christiane religionis insectator. per inde tamen ut cruore abstineret M. Antonio non absimilis: quem etiam emulari studebat. ¶ Post hunc Iouianus genitus patre uernotiano incola agris in gindoneum im prouincie pannonie eius patri cum liberos crebro amitteret preceptum sonnio est eum qui iam instante uxoris partu edendus foret diceret

Iouianum. Hic fuit inſignis corpore letus ingenio. litterarum
ſtudioſus. ad obtinendum imperium conſenſu exercitus leuatus
eſt. commendatione patris quam ſua notior: qui iam turbatis
rebus exercitus quoque inopia laborante uno a perſis atque altero
prelio uictus. pacem cum ſapore neceſſariam quidem ſed
ignobilem fecit: mutatis finibus: ac non nulli imperii romani
parte tradita. quod ante eum Annis. c. et duobus de uiginti
fere ex quo romanum imperium conditum erat nunquam
accidit. quia etiam legiones ueſtre ita et apud caudinum
prepontinum. chelesium: et hiſpania apud numantiam
et in numidia ſubiugum miſſe ſunt: ut nihil tamen finium
traderetur. Ea pacis condictio potius non reprehendenda foret.
ſi federis neceſſitatem: tunc cum integrum fuit mutare
uoluiſſet: ſicut a romanis omnibus his bellis quecunque
memorari factum eſt. Nam et ſamnitibus et numantinis
et numidis confeſtim bella illata ſunt: neque pax rata fuit
Sed dum imperii emulum ueretur intra orientem reſidens
glorie parum conſuluit. Is que intergreſſus atque illiricum
petens in gallicie finibus repentina morte obiit. Vir alias
neque iners: neque imprudens. Multi exanimatum opinantur
nimia cruditate. Inter cenandum enim nimium epulis indul
ſerat. Alii odore cubilis quod ex recenti tectorio recentis
calcis graue quieſcentibus erat. Quidam nimietate prunarum
quas graui frigore adoleri multas iuſſerat. Deceſſit imperii
menſe. vii. xiiii. Kalendas martias. etatis ut qui plurimum
et minimum tradunt. iii. et. xxx. anno ac benignitate eorum
qui ei ſucceſſerunt inter diuos relatus eſt. Nam ciuili
tati propior: et natura admodum liberalis fuit. Hic
erat ſtatus rei publice Iouiano eodem et M. a romano
conſule. Anno urbis condite. M. c. xviii. qui autem
ad inclitos principes uenerandos que peruentum eſt
Interim operi modum dabimus. Nam reliqua ſtilo maiore

dicenda ſunt: que non tam pretermittimus quam ad maiorem ſcribendi diligentiam reſeruamus.

CVM ALEXANDER MACED Thebas delleuiſſet, non nulli ex thebanis de excidio ipſo urbis ſuperſtiteſ Athenaſ confugerunt: qua de re ira ſuccenſus Alexander contra athenienſes: qui illos exceperant minatus eſt illis bellum inferre: niſi eidem mitterentur in obſideſ aliqui ex principibus athenarum: et pariter ipſi thebani capti ducerentur. Ex quo inter conſilium athenienſium non nulle orationes ſunt diuerſimode habite: ut infra patet. eſchinis

REminiſcor Athenienſes Alexandrum hac noſtra in urbe liberalibus artibus inſtructum. et ariſtotelis diſcipulis eruditum moreſ noſtros et ingenia noſtra apud noſ didiciſſe arſ ea regnandi tradita eſt. noſ quoque nouimus ipſius magnitudinem et conſtantiam. nouimus liberalitatem atque clementiam proinde mitigandus eſt: ut mihi uidetur obſequiis: non exaſperandus rebellionibus et contumeliis indignationem illam an quan contra noſ parauit facile in beniuolentiam conuerſurus: ſi nos obſequentes ſibi ſupplices que inuenerit. demadis

ADmirans uehementer admiror Athenienſes quonam modo timiditatem nobis incutiens Eſcines in deditione et potestatem pueri monet noſ deuenire: qui a bellorum ſtudiis quibus ſemper fuimus inclyti ſuadet abſtinere: cum olim aduerſus perſas arma merito ſuaſerit aſſumere. An uoſ athenienſes viri fortes et incliti bellum alexandri perhorreſcitis qui megaras fudiſtis. Vaſtis corinthios.

Lacedemonios ſuperaſtis: qui tot milia regis xerxis a finibus ueſtris uirtute propria vincendo propuliſtis: quibus mare non ſufficiebat ad nauigandum portus ad applicandum terra ad greſſum flumina ad portandum qui montes in planiciem deducebant. valles equabant. maria pontibus ſternebant quos uix tota grecia capiebat. quorum iacula et tela vix aer recipiebat. rem ridiculam ſi huic puero inconſulto obuiare non audetis. qui tot prelijs tot quoque uictorijs pollemus. Profecto ſubtili quodam conſilio duces et oratores noſtros ſibi dari poſtulat: ut ſpoliatam urbem cuſtodibus ſuis uiribus et conſilijs uacuam facilius dirripiat. Demoſtenis

APVD uos in queſtione uerti uideor uidere utrum ſint aduerſus Alexandrum arma ſumenda: an eius dictionibus et mandatis ſit obſequendum. Super quo Eſchinis ſatis laudanda ſententia. Sed ne de madis quidem ſi res exiget improbanda. Neque enim nobis uires deſunt ſi neceſſe fuerit ad bellandum. nec preſentis pacis commodum quod eſt finis belli videtur negligendum. Monet nos demas exemplo uictoriarum antiquarum arma ſumere. ſed exhibeat nobis quoſ talles duces: qualles priſcis temporibus conſtat nos habuiſſe Non adeſt Conon: qui ſpecioſis perſarum inſignijs urbem ditauit. Non adeſt Alcibiades: qui darium. cum. dc. equitum in campis marathonijs victum turpiter fugauit Non adeſt themiſtoles: qui xerxem decies centenis iiij. militum elatum. iiij. et ducentarum nauium numero terribilem exigua latentem nauicula fugere coegit. Aliud nunc tempus eſt. Aliud pro tempore ineundum eſt conſilium. Videte ne dum libertatem querimus ſeruitute admittamus. videte ne ſi quoſdam nolumus uniuerſos tradamus. Ceterum qui in bello feliciter uult conſequi uictoriam neceſſe eſt exercitum preparet. Inſtruat militem. Hoſtis timidus et inſolens importis eſt cum

exercitu nom pauido: et non imbecilli: ſed robuſto et au
daci. noſ imperitos et nom paratos ſatis inueniet. Proinde
nom prouocemus eum: nec reuocemus a perſis Sinamus
eum abire forſam nom reuerſurum: ne furorem et iram
diu conceptam in perſas apud noſ parturire cogatur. Nec
dicamus nolle parere. Alexandro. qui ſeruiuimus philippo
pho: ne ſimiles ſimus Thebanis. Demoſtenes

NIHIL habet rex Alexander uel fortuna tua maiuſ quam
ut poſſis: uel natura tua melius quam ut uellis ſeruare
quam plurimos. Nulla enim de uirtutibus tuis uel generoſior
miſericordia: uel admirabilior clementia. Nec per aliud deos
propius potes accedere: quam ut ſalutem conferas hominibus: ul'
dando ſi eguerint / uel parcendo ſi deliquerint. uel indulgendo
ſi ſupplicauerint. Cun enim uincamur a dijs omni munere / ſola
clementia eſt: que nobis deos reddit equales. Proinde gaude
tan excellenti bono tibi ingenito. Fruere tum fortune tue gloria
tum excellentia clementie: quan oſtendere debeſ ad omnes:
et maxime ad eoſ apud quoſ educatus fuiſti: et ſcientie lumen
accepiſti: et huiuſ celſitudinis tue principium et formam
ſumpſiſti. Nemo ſiquidem tan iniuſtuſ erit rerum eſtimator:
qui dubitet quenam fuerit atheniensium in recipiendis thebanis
aduerſuſ te delinquendi uoluntas: cun ſtatin cognito ſerenit
atis tue nubilo ſupplices ad te uenimus. Is enim quem peccati po
enitet profecto declarat ſe maluiſſe nom peccare quam pe
nitere. Verum ſi aliqua tenemur culpa expertes / tamen facinoris
ſumus. Thebanos tan miſeros quan miſerabiles noſtra urbe re
cepimus / non ut hoſtes tuos: ſed ut tue tante uictorie reli
quias: et quaſi de naue confracta lapſos ſeruauimus. Vix
apte portas aperuimus: ſed tamen contra te arma non ſum
pſimus. Humanitate pocius iudicabit delinquiſſe: quan ſcelere
non odio tuo: ſed errore. nom prauitate aliqua. ſed fatua for
ſam pietate. Adde q animus tuus iſtis auguſtis terminis quoſ

natura mortalibus dedit ad uiuendum nunquam potuit esse contentus. Semper enim immortalitatis gloria flagrauit. Neque tua uita dicenda est, uelut ea que solum corpore continetur et spiritu: sed ut diuina. Domuisti greciam, vicisti lacedemona. Fregesti thebas, persas post modum debellaturus et indos. Hec tamen omnia hominis sunt: quoniam naturam et condicionem ut fieri possint habent. Verum animum uincere iracondiam cohibere sibi imperare. Victoriam temperare. Victis indulgere supplicantibus qui hec facit non hic est summis uiris equandus: sed deo simillimus iudicandus. Ne ergo credas iracundie: que est inimica consilio: ne credas uictorie: que de natura sui est insolens: et superba. Sed uince te ipsum: qui ceteros gloria uincis: et uirtute. Quis est enim uel nobilitate uel probitate, uel optimarum artium studio uel clementia. uel quo uis alio laudis titulo te prestantior: Quis clarissimorum regum magnitudine bellorum et preliorum numero. uarietate uictoriarum. celeritate conficiendi mentis amplitudine. pertinacia in rebelles clementia in subditos. liberalitate in omnes potest tibi conferri. Gloria tua siquidem tanta est: licet futura sit maior quam trophεis tuis et monumentis alatura finem non sit etas. Nec ullius est flumen ingenii non dicam ornare sed nec ennarrare res tuas gestas possit. Hec tamen omnia conficiet et offuscabit uetustas: nisi litteris tradentur et memorie. Verum inter tot milia hominum qui uel fidelius laudes tuas ennarrabunt. uel melius describent atheniensibus: apud quos sunt domestici philosophi totum orben omnimodis scientie donis irrigantes. Celebrabuntur igitur res tue: et laudes tam re quam uoce mirabiles et iucunde non solum uestris: sed per nos omnium pene gentium litteris et linguis. nec ulla unquam etas de tua gloria obticescet. nec obliuionis caliginem tua uita formidabit:

secl omnium seculorum ea semper tua tuebitur eternitas.
Obstupescent posteri, innumerabiles laudes tuas et trium
phos audientes et intelligentes. Tu igitur ut ita sit ignosce
rogamus urbi nostre: ymmo tue: et ne totius orbis lumen
extinguas. que sicut sol inter cetera preradiat sidera. ita
inter ceteras orbis. urbes eloquentia pre eminet et sapientia
imo omni genere philosophie precellens. ueluti fons et se riuos
ad omnes mundi partes omnigenam scientiam emittit. Eius
igitur impunitas tue clementie laus erit et gloria. Pace
tua loquar rex Alexander: nullam e laudibus tuis ampliorem
fore quam eam quam hodierno die cum hec feceris conse
cutus es.

ILLUSTRI domine Baptiste de Malatestis. Leonardus
Aretinus Compulsus crebro rumore admirabilium
Virtutum tuarum scribere ad te constitui: ut inge
nio illi de quo tam Ampla. magnificaque audissem uel
gratularer eam perfectionem consecuto uel certe ad eam con
sequendam meis litteris cohortarer. Neque enim desunt
mihi clarissimarum mulierum exempla: que et litteris et
Studiis eloquentie claruerunt: per quarum commemora
tionem te prouocare ad excellentiam possim. Siquidem
cornelie Scipionis africani filie multa secula post eius
extabant epistole elegantissimo stilo perscripte: et saphos
poetisse libri apud grecos summo in honore propter sing
ularem facundiam et scribendi artem habiti sunt. Aspa
xia quoque per Socratis tempora fuit doctissima quidem
mulier: et eloquentia litterisque pollens: a qua Socratem
philosophum tantum se didicisse quecla non pudeat con
fiteri. fuerunt et alie quas refferre possim Sed dum
hec tria satis esto famosissimarum feminarum exempla

retulisse. Ad illarum igitur prestantiam queso mentem erige: atque extolle. Tantam enim intelligentiam ac tan singularem ingenium frustra tibi datum nec mediocribus contentum esse debet: sed ad summa spectare atque adniti. Et tua quiden laus illustrior erit quan illarun fuit. propterea quod ille iis seculis floruere in quibus eruditorum hominum magna superaret copia: ut multitudo ipsa minueret admirationem. Tu auten his temporibus florebis in quibus usque adeo prolapsa studia sunt. ut miraculi loco habeatur videre uirum nedun feminam eruditam. Erudictione auten intelligo non uulgarem istam perturbatamque. quali utuntur qui nunc theologiam profitentur/ sed legiptima illam que litterarum peritiam cum rerun scientia coniungit. qualis in lactancio firmiano. qualis in aurelio augustino. qualis in eusebio hieronimo fuit summis profecto theologis: ac perfectis in litteratura viris. Nunc uero qui eam scientiam profitentur pudendum est quam parum persciant litterarum. Atque ego licet non ea qua uolui ianua egressus sum prosequar tamen sermonem: non quo te doceam aut dirrigam. Puto enim te non indigere/ sed quo ipse quid sentiam innotescat. Homini quiden ad excellentiam illam ad quan ego te uoco contendenti in primis necessarium puto non exiguam neque uulgarem sed magnam et tritam et accuratam et reconditam litterarum peritiam sine quo fundamento nihil altum neque magnificum sibi edificare quisquam potest. Nam neque doctorum hominum scripta satis perspicue intelliget: qui non ista fuerit peritia eruditus. nec ipse si quid litteris mandabit/ poterit non ridiculus extimari. Ad hanc auten comperandam cum preceptio ualet. tun magis nostra diligentia atque cura. et de preceptione quiden vix quicquam attinet dicere. Quis enim nescit ante omnia inuctum esse oportere ingenium et quasi initiatum preceptoris opera ut non solum partes structuraque

carum: ſed etiam minutiora illa ac uelut elementa orationiſ
agnoſcat: verum hec tanquam ſomniantes in pueritia capi
mus poſtea uero ad maiora prouecti neſcio quomodo hec ipſa
ad os reuocamus: et quaſi ruminamur: ut tunc demum illorum
ſuccus ſapor q; uerus exprimatur. Eſt aliud genus preceptionis
robuſtius: nec tam pueris quam adultis per utile eorum. ſed
qui gramatici appellantur: qui longo labore ſingula perſecuti
diſciplinam quandam litterarum effecerunt. Quo in genere
ſeruius honoratus et priſcianus ceſarienſis haberi poſſunt. Sed
omnia mihi crede ſuperat ac uincit diligentia noſtra. Hec enim
non uerba ſolum et ſillabas/ ſed tropos et figuras/ et omne ornatum
pulcritudinem q; orationis aperit nobis: atq; oſtendit. Ab hac in
formamur uelut inſtituimur. Deniq; per hanc multa diſcimus:
que doceri a preceptore uix poſſunt. Sonum elegantiam. concinnitatem
uenuſtatem. Caput uero huius diligentie fuerit videre primum
ut in eorum tantum librorum qui ab optimiſ probatiſſimis q;
lingue latine auctoribus ſcripti ſunt lectione uerſemur. Ab
imperitis uero illis ineleganter q; ſcriptis ita caueamus: quaſi
a calamitate quadam: et labe ingenij noſtri. Inquinate enim
inepte q; ſcriptorum lectio librorum uitia ſua lectori affigit:
et mentem ſimili coinquinat labe. Eſt enim ueluti pabulum
animi/ quo menſ imbuitur: atq; nutritur. Quam obrem ut ij
qui ſtomachi curam habent/ non quemuis cibum illi infundunt.
ita qui Sinceritatem animi conſeruare uolet non quamuis
lectionem illi permittet. Erit igitur prima diligentia ut nihil
niſi optimum probatiſſimum q; legamus. Secunda uero ut
hec ipſa optima probatiſſima q; nobis acri iudicio aſciſcamus.
videat legens quo quid q; loco ſit poſitum. quid deſignet
ſingula: et quid ualeant. nec maiora tantum ſed minutiora
diſcutiat. Cum q; plures ſint orationis particule que ſit unaqq;
de ſcola cognoſcet. Conſuetudine certe et uſum illarum ab ijs
quos leget auctoribus reportabit. Sine ig^r ſac^ts libris delectabitur

mulier ſanitatem in libris ſeruatura Auguſtinum ſibi
aſſumet et hieronimum. et ſi qui ſunt alij non diſſimiles.
Ut ambroſius et ciprianus cartaginenſis. Maxime uero
inter omnis qui de chriſtiana religione unquam ſcripſerunt
eminet et excellit nitore quodam et copia. firmianus
lactantius uir omnium chriſtianorum procul dubio
eloquentiſſimus. Cuius facundia et dicendi figura ingenium
illud de quo loquor preclare inſtruere atque alere poteſt.
Probo autem huius maxime eos libros quos aduerſus falſam
religionem conſcripſit. Item quos de ira dei et de opificio
hominis: quos lege queſo ſi litteras amas: eorumque ſua
uitate quaſi ambroſia et nectare imbuaris. Si que pre
terea de Gregorio Nazanzeno uel de Iohanne criſoſto
mo/ uel de magno baſilio grecis doctoribus tranſlata ſunt
ea legas cenſeo. modo qui traduxit in latinum uerterit
illa non autem peruerterit Si uero ſecularibus delectetur
Tullium arripiet: quem uirum deus inmortalis quanta
facundia. quanta copia. quam perfectum in litteris. quam
in omni genere laudis ſingularem proximus huic uirgi
lius erit decus ac delitie litterarum noſtrarum liuius et
deinde Saluſtius: et alij poete: qui et ſcriptis ſuo ordine
ſubſequentur. His ſe maxime imbuet atque alet: curabitque
diligenter ut quociens ei uel loquendum ſit aliquid uel
ſcribendum nullum ponat uerbum: quod non in aliquo
iſtorum auctorum repererit. Quin etiam contenta in
terdum uoce legere iuuabit. Sunt enim non in uerſu mo
uerum etiam ſoluta in oratione numeri quidam/ et
ueluti concentus aurium et ſenſu dimenſi et cogniti
flexioneſque et graddus aliqui: ut modo ſe dimittat uox
modo attollat. Collaque et comata et periodi mira concinni
tate inter ſe connexa: que in optimo quoque ſcriptore ma
xime apparet. Ea igitur cum alte leget manifeſtius comprehendet: replebit

que aures armonia quadam: quan et sentiet postea scribens: et imitabitur. Illud preterea ex hac lectione consequetur: ut uerba suo tempore profferat: ne ue properet: cun immorandum sit: ne ue immoretur cum properandum. Volo insuper ne sit scribendi ignara nec nunc de digitorum motu: quam quam ipsum laudo si cui assit: sed non de illo nunc: sed de litteris ac sillabis. Teneat igitur quomodo quidque scribendum sit que ue sit natura litterarum: et in altera transitio: que coire inter se littere possint: et que ad propinquum uenire nequaquam patiantur. Hec enim res quam quam pusilla magnum tamen affert iudicium discipline nostre. et manifestan detegit ruditatem. Illud quoque decantatum et cognitum habere oportet quanta sit una queque sillaba. Hoc est longa an breuis an alterutra Est enim necessaria cognitio cum qua multa incidunt: que aliter intelligi non possunt. Ut illud uirgilianum. Omnibus in moren tonsa coma pressa corona: et milia huiusmodi. Tun quia feditas summa est homini litteras sibi arroganti ne syllabas quiden tenere. presertin cum non contenenda pars litterarum uersibus constet. Versus autem pedibus pes uero longitudine: breuitateque. quas qui non tenet quid ipse in eo genere de se polliceri aut quen gustum in poetis habere possit non equidem intelligo. In prosa quoque oratione eaden ipsa cognitio scribenti dictantique necessaria uidetur. Neque ei similitudo non senti propterea soluta in oratione pedes non insunt: sed quod delectat auris. quod sono demulcet inest. Reffert enim per multum ut Aristoteli placet a quo pede incipiendum sit: et in quen finiendum. In medijs etiam qui recipiendi sunt pedes: et qui reiciendi. Ita que probat ille Peona maxime. Is autem est duplex. Aut ex longa quan tres subsecuntur breues. Aut ex tribus breuibus: et longa postrema Hunc ultimum clausulle

ille aptum putat. principiis uero primum conuenire. In mediis
quoque hunc ipsum pedem quam optime cadere. Dactilum uero
ac Iambum reiicit. alterum ut elatum nimis alterum ut depressum
Cicero autem in clausulis ditrocheum probat maxime: qui est
ex duobus trocheis: et creticum: qui est ex longa et breui: et
longa: et peona/ illum de quo supradixi. In mediis autem si
dimisso humilique sermone utamur Iambum maxime conue
nire putat. Si ampliore dactilum uel peona uel dochmium: qui
est ex quinque sillabis breui. et duabus longis: breuique et longa:
quem cunctis etiam in partibus apte cadere existimat. Nec du
bium alios in contentionibus pedes alios dum narramus alios
dum querimur esse frequentandos. Ita enim et concitatio animi
spondeum repudiat. Nihil enim rapidum et properum amat
Contra uero dum aut narramus aliquid aut docemus moram
et stabilitatem sermo deposcit. Itaque pedes non amat qui pro
diuiter currunt. Omnis igitur oratio pedibus suis commo
uenda erit: quos si ignoret scribens uelut in tenebris am
bulet necesse est nullo certo ductu sed fortuito gradiens
Erunt fortasse complures quibus mea ista cura nimis
anxia uideatur. Sed meminerint me de ingenio loqui ma
gno: et summa omnia de se pollicenti. Quare mediocres in
cedant uel reptent potius ut possunt Ad summum certe
nemo perueniet: qui non fuerit horum omnium et usu
certus et disciplina imbutus. Denique mea hec de litteris
sententia est. nihil ut ignoret quod in usum uenire soleat:
et prepterea nitorem. elegantiam delicias que omnis in o
ratione sectetur. Sit que illi ad omne genus scribendi mu
dus quidam et ornatus: ac ut ita dixerim habendatissima
domi supplex: quam promat cum opus sit et in lucem ed
ducat. Et quoniam erudictionem legiptimam ex per
ientia litterarum et scientia rerum constare diximus:
et quid de litteris nobis placeret ostendimus addatur nunc

ſane illa pars que ad ſcientiam pertinet. Volo igitur huic
ingenio quod ſumma mihi omnia de ſe repromittit ardentiſſima
cupiditatem ineſſe diſcendi. ut nullum genus diſcipline a
ſpernetur. nullum a ſe alienum exiſtimet. Rapiatur incenſum
mirabili auiditate ad intelligentiam et cognitionem rerum.
Huic igitur et ardenti et per ſe incitato partim ſtimulos ad
hibebo et meo inſuper clamore adhortabor. partim frenos
incutiam: et uelut receptui canam. Sunt enim diſciplinarum
quedam: in quibus ut rudem omnino eſſe non ſatis decuit
ſic etiam ad cacumina illarum euadere nequaquam glorioſum
ut Geometria. Arithmetica. in quibus ſi multum tempus co
ſumere pergat et ſubtilitates omnis obſcuritateſque rimari.
retraham manum atque diuellam quod idem faciam in aſtro
logia. idem fortaſſe in arte rhetorica. Inuitior de hac poſtrema
dixi quoniam ſi quiſquam viuentium illi affectus fuit/ me
unum ex eo numero eſſe profiteor. Sed multarum rerum
habenda mihi ratio eſt. In primis cui ſcribam videndum.
Quid enim ſtatuum ſubtilitates et epicherematum cure: et
illa que appellantur crynomena et non nulle in ea arte di
fficultates mulierem conterant: que forum nunquam ſit
aſpectura: Iam uero actio illa artificioſa/ quam greci hypoteſim
noſtri pronuntiationem uocant. Cui demoſthenes primas
et ſecundas et tertias tribuit/ ut actori neceſſaria ita mu
lieri nequaquam libranda. que ſi brachium iactabit loquens/ aut ſi
clamore uehementi attollet/ ueſana coercenda que videatur. Ita
quidem uirorum ſunt ut bella ut pugnae. ſic et fori contentioneſque
atque certamina. Non igitur pro teſtibus neque contra teſtes dicere adiſcet
mulier. neque pro tormentis. aut contra tormenta. neque pro
rumoribus aut contra rumores. Nec ſe communibus locis exercebit
neque interrogationes bicipites. neque reſponſiones ueterato
rias meditabitur. Totam denique fori aſperitatem uiris
relinquet. Quin igitur calcaria adhibebo: quin currentem incitabo:

cum illis ſeſe det que aut religionem diuinam aut ad bene uiuendum
pertinent. Tunc ſe diffundat. Tunc animum applicet. Tunc
die noctuque inſiſtat obſecrabo. De quibus etiam ſingulatim dicere
nequaquam pigebit. Primum igitur ſacrarum litterarum
cognitionem ſibi acquirere ſtudeat chriſtiana mulier. Quid
enim prius illi ſuadeam? Multa de ys inquirat multa
diſceptet / multa ſciſcitetur. Sed ueteres illarum amet ſcr
iptores. Nouos uero iſtos / ſi boni ſunt uiri honoret illa quidem
ac ueneretur. Ceterum eorum ſcripta non nimis attingat. Quid eſt
enim quod litterata mulier ab auguſtino diſcere non poſſit: ab
iſtis autem poſſit? preſertim cum ille afferat orationem eruditam:
et auribus dignam. Iſti nihil afferant qui legi mereantur. Nec
ſacris litteris contentam eſſe uolo: ſed ad ſecularia traducam
ſtudia. Videat quid de ys que pertinent ad bene uiuendum ex
cellentiſſima philoſophorum ingenia tradidere. que de continen
tia de temperantia. de modeſtia de iuſticia de fortitudine de
liberalitate. Nec ignoret que ſit de beata uita illorum ſententia
Numquid uirtus ipſa ſatis ſit ad beate uiuendum an tormenta
et carcer et exilium et paupertas illam impediant: et ſi hec
foelici accidant numquid miſeriam faciat an auferant ſolum
foelicitatem: miſeriam uero haudquaquam inducat preterea an in uolup
tate uacuitateque doloris felicitas conſiſtat humana: ut epicuro
placuit. An in honeſto: ut zenoni an in uſu uirtutis: ut ari
ſtoteli. Hec mihi crede preclariſſima ſunt: et digniſſima co
gnitione noſtra. Hec ad uitam ſolum dirigendam utilitatem afferunt
uerum et in omni ſermone admirabilem quandam tum dicendi tum ſcri
bendi ſuppeditat copiam. Hec igitur duo quorum alterum ad religionem
alterum ad bene uiuendum ſpectat / tanquam precipua illi propoſita erunt
Cetera uero ad iſta referentur: que poſſunt hec ipſa uel adiuuare:
uel quoniam ornatum quendam illis afferre. Protinus enim excellentia hominis
illa admirabilis que rara inclitum fama nomen extollit / non niſi ex
multarum uariarumque rerum fit cognitione. Itaque multa legendo et diſcendo

undi carpe accumular q3 oportet. Cuncta q3 omnifariam
scrutari atq3 rimari unde nobis ad studia nra aliqua sit
proventura utilitas. Sed sit apud ea selectio diligens et
circumspecta tpris impensio: ut potiora semper comodiora q3 p
ponat. Valet igr ad studia illa de quib3 supra dixi in primis
historie cognitione adiunge. re studiosis hoib3 nullo mo ne
gligeda. Est em decoz tu propie getis origine et progressus
tu liberoz pploz regu q3 maxioz et bello et pace res gestas
cognosce. Dirigit enim prudentia et csiliu pteritoz noticia:
exitus q3 similiu ceptoz nos pro re nata haud hortantur. aut
deterrent. Preterea exemploz copia quib3 plerunq3 illustar
dicta nra oportet no aliunde q ab ystoria comodius sumet.
Est et genus scriptoz in ea quide parte egregiu sane atq3 pollens:
omni q3 ornatu nitor q3 perpolitu: quos et ad usum litterarum
lege opere pcium sit. livium dico et salustiu Tacituq3 et cautu:
et impimis cesare ipm res gestas suas comentariys summa
facilitate venustate q3 explicante. Hos igr et leget mulier
summe spei: et sibi acquirere perget: pstim cu eos pdiscere
ludus sit. Neq3 em subtilitas ulla in illis ocruda e: aut qstio eno
dada. In narratioe em rex facilimax ois csistit versatur q3
historia: qua si semel arripuerit ingenium illd deq loquor ppetuo
ei memoria coherebit. Oratores q ut lege no negligat suadeo
Quis em aut uirtutes extolle ardenti aut uitia fulminare
atroci solet. Ab his et laudare bn facta et detestari facinora
adiscem. Ab his csolari. cohortari. impler. abstine. Que licet
oia a phis fiat, tn nescio quo et ira et uia et ois ai suscitatio
ac repssio in potate e oratoris. Iam uo illa uboz similiaz q3 or
namta q tanq stelle qda et faces orone illuinat, et admira
